



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. x.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

De eadem re. Cap. X.

**O**bseruandum est vobis, vt & vos ab ebrietate abstineatis, & vt plebes subditæ abstineant, prædicetis. Et Eutychius per tabernaculæ eatis bibendo, aut comedendo, neque chia padomos, aut vicos curiositate qualibet peragretis, neq; cū pæca. 13. feminis, aut cum quibuslibet personis impuris conuiuia exerceatis, nisi fortè paterfamilias quilibet vos ad domum suam inuitauerit, & cum cōiuge sua, & prole velit vobis sum spirituali gaudio lætari, & verborum vestrorum refractionem accipere, & vobis refractionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim, vt si quādō quilibet fideliū, carnalibus vos reficit epulis, a vobis resiciatur episitualibus.

Qui ebrius fuerit, ut ordo patitur, pœnitentiat.

Caput XI.

**I**Taque eum quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo patitur, aut triginta dierum spacio à communione statuimus submouendum, aut corporali dandum supplicio. Ex cōcil. Agathē. cap. 10.

Quod vino inebriari non liceat, sed fugiendum sit.

Caput XII.

**F**ygē vinum velut venenum, ne ebrietas superet te, ex dictis poliatumque virtutibus te nudū efficiat. Vinum enim, August. vt sancta scriptura dicit, apostare facit etiam sapientes. Attende Noe virum sapientem, & sanctum, quomodo per ebrietatem nudatus est, dormiens. Attende, & Loth patriarcham, qui per ebrietatem impudenter se commiscuit filiabus. Hinc beatus Basilius dicit: Multa per vinum à demonibus capti sunt: nec est aliud ebrietas, quam manifestissimus dæmon. Hinc propheta ait: Fornicatio & ebrietas aufert cor. Ebrietas enim perturbatione patit, gignit mentis furorem, & flammat suscitat libidinis. Apostolo teste, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Si quis autem contra hæc fecerit sanctorum statuta, dignam ac longam agat pœnitentiam: quia vnu est ex his peccatis, quæ hominem à regno Dei separat, dicente apostolo Paulo: Neque ebrios regnum Dei possidebunt.

De illis qui per ebrietatem vomitum faciunt.

Caput XIII.

FF